

§. 8. Accusatoriae litteræ, vide §. 273. sub β.

§. 9. Adels-Brieff / vid. §. 217.

§. 10.

ADMINISTRATIONIS Litteræ. α

num Coadjutor β Administrationis Litteris (durch Verwaltungs-Brieffe) Episcopo adjunctus, idem in Diœcesi cum Episcopo potest? Negatur.

Ratio, quia (non *Ejusdem*; sed) *Diversæ* cum Episcopo potestatis est. γ

α. Petr. Gregor. in Synt. jur. univers. lib. 17. c. 15. n. 9. p. 338. β. qui Suspecto de bonorum Ecclesiasticorum dilapidatione dari solet. c. venerabili 37. X. de offic. deleg. γ. c. quamvis 4. distinct. 68. Theod. Reinking. R. S. & E. lib. 3. cl. 2. c. 3. n. 15.

§. 11. Adventoriae litteræ, has citat Joseph. Laurentii in Amaltheâ Onomasticâ p. 247. col. 1.

§. 12. Advis-Brieff / exhibet G. Phil. Harsdörffer / in Secretar. part. 6. p. 425.

§. 13. Adulterinae litteræ. vide §. 125.

§. 14. Affrancamenta. consule §. 192.

§. 15.

AGGRATIANDI α Litteræ.

an Princeps jure Superioritatis Facinorosis litteras Gratia (Begnädigungs-Brieffe β) indulgere, vitamque in iis condonare potest? Nego, si Delictum sit jure *Divino* γ Capitale.

Ratio, 1. quia Inferior non potest derogare legi Superioris δ. 2. quia Princeps est utriusque tabulae Decalogi custos atque vindex ε. 3. quia Princeps in his dispensando se ipsum delicti reum constituit. ζ.

α. confer Dissertat. Zach. Præschenden / de Jure Aggratiandi Jenæ habitam 1639. recusam vero Geræ 1672. β. J. G. Schottel. in der Teutschen Hauptsprache / lib. 7. c. 12 n. 197. p. 493. γ. nam si Delictum *Civilis* juris in poenam incurrit, Affirmatur. Ratio, 1. quia Princeps legibus Civilibus est superior, iisque solutus. l. 31. ff. de legib. Matth. Bernegger. qv. miscell. ad Tacit. 34. p. 104. Qv. Kubach. Decur. 3. q. 2. p. 73. 2. quia nemo eam sibi potest legem dicere, à qua recedere non liceat. l. 22. ff. de legat. 3. δ. c. cum Inferior. 16. X. de Majorit. & Obed. c. super eo 4. X. de Usuris. l. 4. ff. de recept. qvi arbitr. ε. Deut. 4. v. 2. & cap. 5. v. 32. & 27. v. ult. 26. Galat. 3. v. 10. ζ. 1. Reg. 20. q. 42.

§. 16.

AMATORIAE Litteræ.

an Amatoriae litteræ (Buhler-oder Jungfer-Brieffe α) ad Uxorem alicujus missæ & à marito inventæ commissum cum ea probant Adulterium?

Negatur. β.

Ratio